

Madib^a et coll. e. p. r. e. n. c. a

Tractatus de Synodo
episcoporum: et de statutis epi-
scopi synodalibus Henri-
ci de Bortis Bressiani. Ju-
ris utriusque doctoris.



M. cccc. xxix.

Fier^{no} de la. Mitia



Reuerēdissimis in christo patribus omnibus episcopis
totius christianitatis Henricus Botteus. S. P. D.



Ad ceteros omnes in eccle

sia dei: dignitate et potestate longe antecellitis: patres
Reuerēdissimi: duobus potissimum constat: primum quod in
locum apostolorum successi estis: deinde quod potestas que
in vobis est: circa animas christianorum omnium rerum pre-
tiosissimas versatur: proinde debetis suscipi et venerari
ceu apostoli: vestra quoque potestas tanto ceteris est prefe-
rende: quanto anima omnibus rebus prestat: de dignitate antiqui scriptores
plura memorie prodiderunt: et nostris iure consulis recentioribus Barto-
chimus Firmanus multa de potestate vestra in libro de episcopo coacerua-
uit: sed illic de potestate vestra in celebranda synodo: et in statutis condē-
dis nihil ex professo attigit: nec quisquam veterum id tractandum curauit. Ego
igitur quod hactenus omisum est: hoc (quem ad vos nunc mitto) libello:
utcumque conatus sum supplere: aut saltem quasi aperire ianuam alteri cuiquam
fusius exactiusque tractaturo. Poterā equidem (absit iactantia) elegantiore
stilo uti: et librum extraneis materiis: exemplo quorundam neotericorum locu-
pletare: sed quod hoc nolle male audiunt: nec scripta eorum plausibilia sunt:
malui paruum et inelegantem edere librum: quam istorum sequi vestigia: pulchrum
enim laudabileque est minime appingere delphinum: syluis: aut aprum flucti-
bus: atque sicuti cōi moneta: autore Quintiliano: ita quoque cōibus uti vo-
cabulis. Quod si forte hic libellus: qualis qualis sit: ad stomachum vestrum
fecerit: et potestati vestre aliquod adiumentum attulerit: post deum a quo
omne donum scientie spirat: gratias agite: atque vni acceptum ferite. R. fratri
vestro domino domino Ludouico de Boreuodo episcopo Maurianensi et Burgiensi
sub cuius ditione: domino: et seruitio: quietissime dego: viuoque: et cuius pre-
sertim contemplatione hunc laborem suscepimus. Quod autem ad me attinet:
plus satis mihi erit: si per ipsum laborem meum subditi agnouerint potesta-
tem vestram in celebranda synodo: et statutis condēdis: vobisque reuerentiam
et obedientiam prestiterint: et viceversa exhibueritis vos erga ipsos subdi-
tos: veros successores apostolorum: veros patres: veros denique custodes
animarum: et earum quidem quarum pretium suo sanguine depedit dominus iesus
christus. Lectores autem (modo aliqui sint) oratos velim: ne prius librum
canino dente mordeant: veluti nihil acrimoniae et subtilitatis habentem: quam
aio reputarint quam difficile sit: hominem munere iudicandi fungentem et liti-
gantium importunitatibus vexatum in talibus egregie versari. Valete ex
Burgo Bressiano idibus Januarij. 1529. a nativitate sumpto anno.

Tractatus de Synodo episcopi: et de statutis episcopi synodalibus Henrici Bottei Bressiani Juris utriusque doctoris.



Cum animo meo reuoluere

rem multos tractatus de Synodo generali que alio nomine conciliū generale appellatur: et quod rarius celebrat quā expediat utilitati reipublice Christiane: esse a doctissimis viris editos: sed de Synodo episcopali que quotānis celebratur in singulis episcopatibus: nullū adhuc tractatū speciale (quē

viderim) esse editū: nec in aliquo loco materiā esse per quēpiā aggregatam quāuis ipsa materia frequēter et quasi quotidie in practica curiarum ecclesiasticarū versetur. Ego igitur Henricus de Bottis patria Bressianus: partim hortatu venerandi dñi Andree cogneti. J. A. doctoris officialisq; A. M. mateñ. fratris mei honorādi: et amici singularis: partim publice utilitatis respectu: decreui pingui (ut aiunt) minerua: in vnum ceu corpus colligere ea quę de synodo episcopi: deq; statutis episcopi synodalibus diuersis in locis scripta sunt. Et quia diuisio animū legentis incitat: mentē intelligētis preparat: memoriā artificiose reformat: et quelibet res diuisa melius intelligitur utq; altius Ambrosius. Scire quid facias / et nescire quo ordine: non est perfecte cognitionis. Hic tractatus noster diuidetur in tres partes.

In prima agā de significatione dictionis synodus quotuplex sit: quo modo diffiniat: vnde originem habuerit per quez congregetur: et quo tpe / quo modo puniatur negligens congregare: quotiens in anno: et vbi debeat celebrari: et an sit de lege diocesana / an de lege iurisdictionis et ad quid sit utilis. **I**n scōda pte tractabo quā ad synodū episcopi venire debeant: et qua pena puniri debeant non venientes: et quā excusentur si nō venerint. **I**n tertia vero parte attingā quid in synodo episcopi agi et tractari possit / et debeat: et de statutis episcopi synodalibus disseram: et in hoc ultimo late et vtiliter deo propitio insistere est animus.

C Prīma pars.



Ad primam igitur partem deveniendo: insequendo iureconsultum: in. l. i. in princip. ff. si cert. pet. Quero primo quid significet hec dictio Synodus: Respondeo. Synodus est greca dictio: que latine concilium / cetus / vel comitatus dici potest. c. i. §. synodus. xv. distin. et notat Panor. in. c. osius. notab. iij. de electio. et idem Panor. in. c. conquerente. col. iij.

Tertia pars. Articulus sextus.

Quarta conclusio.

20 ¶ Ex quo statuta epi sunt et ecclesiastica: quoniam interpretantur secundum ius: debent interpretari secundum ius canonicum. arg. d. c. ex litteris. de constituto. ubi ita notat Butri^o. vij. not. Imol. col. ij. ff. si ite nota. Lar. za. vj. opp. Pan. vij. not. Feli. col. ij. ff. si scdo nota. plura allegans ad propositum. dñs Phil. dec. vi. not. Bartachi. in tracta. de epi. ij. parte libri. iij. q. xv. ubi allegat Bal. in l. si nondum. C. de furt. Baptis. scdo Seue. in d. l. oes pphi. col. lxxiiij. ff. si qrit. facit q: statutum et laicorum in materia spectate ad canones debet intelligi secundum canones. ut inquit dñs Dec. i. c. ij. col. j. de testi. Et si non possit reperiri interpretatio secundum ius cano. recurrendum est ad leges p. c. i. et ij. de no. ope. nun. post ius com. recurrendum est ad stilum. ut not. i. d. c. ex litteris: et demum ad consuetudinem. d. c. cum dilectio. et l. minime. ff. de legib.

¶ Potuissent hic multa alia dici etiam admodum utilia in hac materia: sed re vera sentio meas deficere vires: itaque si plura cupis videre: lege Albe. in tract. sup. statutis. i. pte. q. ix. et q. cluij. i. c. Jo. an. in nouel. Bar. in d. l. oes pphi. in. vj. q. principali. ubi Baptis. de scdo Seue. p. viij. vltimas cartas ample tractat materiam. Alex. in l. iij. §. ptoz. ff. de da. infecto. et in d. §. in computatione. col. iij. et iij. Jo. an. in regula possessor. de reg. iur. in. vj. in mercu. quem ibi refert et sequitur Phil. franc. et Henri. bohic in. d. c. ex pte. de hb. sig. in. ij. dist. Lar. zab. in. d. c. cum dilectio. col. vj. et sequentibus. de consuetud. ubi ponit. x. qones in hac materia. Alex. p. l. c. cv. circa dubitationem p. totum lib. ij. Jason plura bona ponit in aut. qd. actioes. col. vj. et vij. C. de sacro. eccle. Bartac. de firmo in reitorio in verbo statutum. §. statuta interpretantur. dñs Bartholo. de Chassaigneu multa etiam bona in hac materia ponit in consuetudi. Burgundie. carta mih. ccccvij. ubi de interpretatione extensina ponit. xxxij. plones. Feli. i. c. translato alioq. ponit. col. fi. ubi dñs me^o etiam col. fi. in. i. lectura. Sal. in l. ij. C. de nota. Aret. i. §. ius civile. insit. de iure natu. ge. et ciui. ubi p. xiiij. col. tractat. et Feli. remissive in. c. ex litteris. col. ij. de constit. Lafranc^o in tracta. spali. de interpretatione statutor. Brun^o in reitorio. iij. volu. in verbo interpretatio. Et quoz dictis poterat hec materia extendi vsq. ad triginta cartas: nisi paruitas ingenij exhorruisset tunc pelag^o ingredi non speras meli^o: aut clari^o tractare materiam hac qd. p. fati doctores antesignaui tractauerit. Finem igitur operi impones. tu oro bone lector: errata iuuetuti: hebetudini ingenij: et negotus imputato. si quid autem p. be dictum sit: non mihi: sed dño iesu chusto sit gloria. qui viuit in secula seculoz. Amē. Henricus Botte^o faciebat anno dñi. M. ccccxxvij.

Finis

¶ Qui se existimat stare: videat ne cadat. Paul. priore epistola ad Corinth. c. x.

¶ Impressum Lugduni per Joannē dauid als la mouche.

